

# Landesbibliothek Oldenburg

## Digitalisierung von Drucken

### **Joannis Ulrici L.B. De Cramer, Cameræ Imperialis Assessoris, Observationum Juris Universi Ex Praxi Recentiori Supremorum Imperii Tribunalium Haustarum**

Adeoque Non Solum Iis, Qui In Eadem Consulendo, Advocando,  
Procurando, Vel Judicando, Sed Et Aliis, Qui in Praxi Judiciorum Germaniæ  
Inferiorum Versantur, Imo Et Doctoribus Ac Professoribus, Qui In  
Academiis Jurisprudentiæ Universæ Pragmaticæ Excolendæ Et Tradendæ  
Operam Navant, Perutilium

**Cramer, Johann Ulrich von  
Darmstadii, MDCCLXC**

Titelblatt

**urn:nbn:de:gbv:45:1-11400**

JOANNIS ULRICI L. B. DE CRAMER,  
CAMERÆ IMPERIALIS ASSESSORIS,

OBSERVATIONUM  
JURIS UNIVERSI

EX  
PRAXI RECENTIORI SUPREMORUM  
IMPERII TRIBUNALIUM HAUSTARUM

ADEOQUE

NON SOLUM IIS, QUI IN EADEM CONSULENDO, ADVOCANDO,  
PROCURANDO, VEL JUDICANDO, SED ET ALIIS, QUI IN PRAXI  
JUDICIORUM GERMANIÆ INFERIORUM VERSANTUR,

IMO ET

DOCTORIBUS AC PROFESSORIBUS, QUI IN ACADEMIIS  
JURISPRUDENTIÆ UNIVERSE PRAGMATICÆ EXCOLENDE  
ET TRADENDÆ OPERAM NAVANT, PERUTILIUM.

---


TOMI II. PARS PRIMA.

---

---

D A R M S T A D I I,  
M D C C L X C.





B.I.G.

Farbkarte #13

Inches  
Centimetres

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

JOHANNIS ULRI  
CAMERAE IMP  
OBSERVA  
JURIS  
PRAZI RECEP  
IMPERII TIRIUM  
NON SOLUM HS, QM IN B  
PROCURANDO, VEL JUDICIA  
JUDICIORUM GERMAN  
DOCTORIBUS AC PROFES  
JURISRUDENTIBUS UNIVER  
ET TRADENDAE OPER  
TOMI II.  
M. R. M. D.  
M. D.





## OBSERVATIO CCCCXXXVIII.

*Quando in ipso Limine Contractus Evictio imminere dicatur?*

Cum in ipso Limine Contractus immineat Evictio, emptorem ad totius vel residui pretii solutionem non compelli, Juris autoritate monstratur, juxta L. 24. Cod. de Evict. & L. 18. §. ult. de Peric. & Commod. rei vendit. Multum itaque interest, ut sciatur, quando in ipso Limine Contractus Evictio immineat! Evictionem igitur in Limine Contractus tum dici imminere, quando priusquam totum pretium solutum fuerit, lis vel quaestio movetur, quantumvis hoc Contractu jam perfecto, ac longo post intervallo contingat, eum HEIGIO (a) & CARPZOVIO (b) Domini agnoverunt in causa Pehle contra Lemecke, Appellationis, confirmantes Mense Julii 1758. Sententiam Hamburgensem tenoris:

Daß der Beklagtin Erblasser die Drey M. curr. quaest. einzuhalten wohl befugt gewesen; mithin die angestellte Klage keine Statt hätte, anbey die angelegte Impugnatio zu cassiren, und übrigens der Herr Kläger und Impugnant in die Gerichtskosten salva moderatione zu condemniren.

Et sicut non refert, an super ipso rei venditæ Dominio, an super Obligatione saltem, velut Hypotheca, qua res vendita alii obnoxia, controversia moveatur: adeo ut utroque casu Emtor pretium retinere possit, donec Venditor satisdederit (c); ita nec refert, an super ipso prædio an vero pertinentia ejusdem, velut Molendino (eine Kupfermühle) sive onere ei inhærente (gewissen jährlichen Recognitions-Geldern) uti in dicto casu, controversia moveatur.

Cumque tantum de retentione pretii si Evictio in Limine Contractus immineat, quaestio sit; sequitur, quod hoc in casu non requiratur, ut res per Sententiam Judicis evicta fuerit, sed sufficiat, modo lis cum effectu mota sit. Multo minus itaque  
litis

(a) *Part. I. Quaest. 36. num. 7.*

(b) *Part. II. cap. 34. definit. 31. num. 3. 4.*

(c) *Horn. Cl. II. Respons. 49. pag. 679. Wernher. Part. VIII, Observ. 443.*